Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CLXXVI.

urn:nbn:de:bsz:31-295118

Visual Library

acht und achtzig Jahr, herbey was Pfaff Heinrich von Baaden, unſer bichter, Bruder Berchtold St. Wilhelms Orden, Herr Dieter von Lemensheimb, Herr Heinrich der Törſichter, Herr Berthold von Gertingen, Herr Eberlin Kolbe, Herr Ott von Seelbach, Ritter, Conrad unſer Schreiber zu Pfortzheimb.

CLXXVI.

RUDOLPHI MARCHIONIS BADENSIS LITERÆ PROTECTIONIS MONASTERIO SCHWARZACENSI DATÆ.

ANNO MCCLXXXIX.

Ex tabulario Schwarzacenſi.

RUDOLPHUS Dei gratia *Marchio Senior de Baden*, dilectis & fidelibus ſuis, Militibus, Scultetis, Advocatis, cœterisque Officialibus, ac omnibus hominibus ſuis, præſentis paginæ inſpectoribus & tenoris ejusdem auditoribus gratiam ſuam & omne bonum.

Cum anteceſſores noſtri felicis recordationis, magna & ſpeciali dilectione Eccleſiam beati Petri in *Schwarzache* ſemper fuerint complexi, nos ipſorum veſtigia in hoc imitari volentes ab omnipotentis Dei & beati Petri reverentiam & remunerationem ſcire vos volumus ſingulos & vniverſos quod nos eccleſiam beati Petri in *Schwarzache* antedictam, & nuncios ejusdem, per totam terram noſtram ſub noſtra recipimus protectione & conductu, volentes ipſos ſub alis noſtræ protectionis & defenſionis exiſtere

exiſtere ſecuros, ipſisque omnia jura ſua, Capitalia quæ vulgariter dicuntur *fälle* : & cenſus ſuos ab omnibus hominibus, terræ noſtræ incolis, ſine omni contradictione dari & perſolvi, ſub obtentu gratiæ noſtræ præcipimus.

Præcipientes etiam vobis officialibus noſtris, ſicut gratiam noſtram diligitis, quatenus Dominum Abbatem de *Schwarzache* & nuntios ejusdem in præmiſſis & alijs, cum à vobis requiſitum fuerit, ſicut noſtra negotia fideliter & efficaciter promoveatis. Ut autem præmiſſis fidem adhibeatis indubitatam, præſentem paginam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam.

Actum & datum anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono 3tio. Kalendas May.

CLXXVII.

RUDOLPHI MARCHIONIS BADENSIS DONATIO MONASTERIO GOTTSAVIENSI FACTA.

ANNO MCCLXXXIX.

Ex archivo Badenſi.

Nos Rudolphus Dei gratia *Marchio de Baden* profitemur publice per præſentes & obligamus nos & noſtros ſucceſſores ad dandum in honorem S. Catharinæ ſingulis annis Conventui in *Gotſouue* Ordinis S. Benedicti Spirenſis Diœceſis ſex modios ſiliginis ſuper deci-